

# CARMELUS

## ÍNDICE

- Del "Carmelus Antiquus"  
 (Por orden alfabético de apellidos)
- + Alegre Casanate, M. Antonio. - Página 17
  - Aranda, Juan Anastasio. - 20
  - + Asso, Onofre. - 35
  - + Bellido, Luis. - 34
  - Blasco, Dionisio. - 23
  - Boneta, Antonio. - 27
  - + Cantería, Manuel. - 34
  - + Carreras, Jaime. - 28
  - + Casalbón, Francisco. - 33
  - Cebrián, José Angel. - 31
  - + Claver, José. - 21
  - Espín, Lorenzo Angel. - 21
  - Ferriz, Ignacio. - 20
  - Gavella, Antonio. - 16
  - Gaxet, Manuel. - 27
  - + Grañén, Dionisio. - 24
  - + Ibero, Vicente. - 33
  - Irigoyen, Miguel. - 31
  - + Iturbide, Felipe. - 33
  - Jericó, Miguel. - 29
  - + Jimenez Embún, Martín. - 15
  - + " " Valero. - 10
  - Jimenez, Juan. - 10
  - Jimeno, Juan. - 20
  - Jubero, Dionisio. - 18
  - Lopez Otalora, Pedro. - 28
  - Lucea, Francisco. - 15
- (1) Los que llevan + se citan en las "Memorias de la Universidad de Zaragoza" de Simó y Catalán, 1925.



- + Lumbier Sos, Raimundo.-12
  - + Maurín, Pablo.-28
  - + Maya, José.-31
  - + Mombielo, Pedro.-28
  - + Muñoz, Juan.-6
  - + Novales, Miguel Angel.-29
  - Nuñez Delgadillo, Agustín.-8
  - + Nuñez, Francisco.-34
  - Ochoa, Antonio.-16
  - + Peraza, Martín.-5
  - Pérez Nagore, Martín.-19
  - + Pinaque, Jaime.-32
  - + Pueyo Abadía, Luis.-25
  - "          Tomás.-26
  - Ricarte, Nicolás.-19
  - + Rio, José Alberto,-32
  - + Ripoll Atienza, Miguel.-7
  - Rosell, José Angel.-30
  - Rueda, Gaspar.-6
  - + Ruzola, Miguel.-7
  - Salabería Maya, Mateo.-30
  - Salas, Francisco.-35
  - Sobrino, Jerónimo.-14
  - + Sos, Alberto.-20
  - Sos, Raimundo.-29
  - Torre, Francisco.-14
  - + Tris, Pedro,-22
  - Vidania, José Angel.-24
- Nota. Este Indice lo hizo el P.S. Serrano, O.C.  
Zaragoza, 15-Agosto-1948.

Aug. 26-603 Ar

# CARMELUS ANTIQUUS<sup>21424</sup>

## CÆSARAUGUSTANUS

IN INCLITO HUJUS URBIS LICÆO  
Doctoribus Domesticis Laureatis

DECORUS, ET ORNATUS,  
DESCRIPTUS

OPERA, ET STUDIO

R. P. Fr. MICHAELIS MARTIN, CÆSARAUGUSTANI, ejusdem Ordinis, Philosophiae Olim,  
nunc vero Sacrae Theologie Lectoris in Collegio N. S. Joseph Cæsaraugustano.

CÆSARAUGUSTÆ:



Apud Josephum Fort, Typographum, juxta  
Divi Vincentii Ferrerii Collegium.

GRADUATIONES

ANTICIPATINGE

CENSUS ALLEGUMATIVUS

IN HOMINE HOMINIS UT PIS TROPIS

Duorum Diversis Designis Procedit

DECORUS ET ORNAMENTUS

DECEREBIAS

CLERICALIS ET STUDIORUM

AVENIRE MAGISTERIUS TUTORIUS, CAVIT

YARDINUS ET VITRINUS CLERICALIS ET STUDIORUM

CLERICALIS ET STUDIORUM DECORUS ET ORNAMENTUS

DECORUS ET ORNAMENTUS

CENSUS ALLEGUMATIVUS

CLERICALIS ET STUDIORUM DECORUS ET ORNAMENTUS

AVENIRE MAGISTERIUS TUTORIUS, CAVIT

CLERICALIS ET STUDIORUM DECORUS ET ORNAMENTUS

# AD LECTOREM CARMELITAM.

Tempus edax rerum, ut vulgo dicitur, & experientia discitur,  
Nostrī Antiqui Carmeli Cæsaugustani Doctorum memoriā,  
vel oblivioni dedit, vel incuria sociatum omnino contrivit.  
Aliorū tamen, quos in aliquibus Codicibus obvios reperimus,  
hic omnibus exhibemus, ne eorum memoria apud posterōs omnino per-  
reat: omnes quidem Ordinis Nostrī Magistri in illa, vel illa Uni-  
versitate Doctoris Laurea decorari debent, ut Antiquitate in ordi-  
ne fruantur; hic vero solum eorum, qui in Cæsaugustana Lau-  
reati sunt, meminisse Nostrum est. In hac celeberrima Universita-  
te Nostrōs Doctores reperire speravimus, sed in casum, nam Doc-  
torum Repertorium in variis libris sparsum, aliis Universitatis  
functionibus immixtum, in confusionem abiit. Antiquis Nostris Doc-  
toribus, & Recentiores adjunximus, ne, & horum memoria simi-  
lem fortunam patiatur. Doctores Nostros, qui aliqua scripsere,  
Academia Nobilis Cæsaugustana desideravit, alios, & alios ipse  
libenter donamus, ut quos Scriptores damus, ipsa benigne recipiat;  
itaque quilibet, quos legere voluerit, leget: nec omnes legere, si non  
profit, officit. Fortunatiores alios in suis Religionibus vidimus, quæ  
Doctorum suorum nedum seriem Chronologicam, & alia id genus,  
ad eorum memoriam perennandam diligentius, quam nos, notave-  
re, sed & alia eorum ornamenta signavere, siveque hodie luce ab  
Antiquis fideliter mutuata, sine confusione eos legunt: fælices ipsæ  
Religiones, quæ sic sua curarunt, non ita, & nos, qui Doctorum,  
nec nomina scientes, in eorum numero computando, rubore suf-  
fundimur.

Meminimus, Proverb. c. 17. v. 6. Spiritus Sancti ad inflam-  
mandum nostra corda, flamen sempiternum, illis verbis. Corona  
serum filii filiorum, & Gloria filiorum Patres eorum. I. d. ex  
Alapide (hic) Gloriantur filii, quod sapientes, & probos ha-  
buerint Parentes, & sic vicissim gloriantur Patres, quod filios  
post se probos, & virtutis suæ hæredes relinquant. Vicissim  
quomodo grati filii evident? Honore Parentes prosequendo, quia  
filios posteros gloria ornaverunt. Ita, & nos cum Antiquis nos  
gerere debemus, qui nobis gloriam suam charitativo testamento le-

garunt. Nec contempnenda ad rem nostram Auctoris Catena Grae  
ca (Apud Alapide) sententia, & versio: Senum (inquit) hoc  
est, Doctorum Sapientia (virorum) corona, & ornamentum  
sunt Auditores dicto obsequentes. Patres ergo Nostros, tamquam  
Auditores emulari studeamus, & sic senum Nostrorum Corona  
existemus. Ex S. Gregorio Nazianeno In Mon. S. Basili, audire  
libet. Qui simul, & multos, & probos, atque honestos filios  
habuerint, in fabulis fortasse reperies. Deo gratias, fabula non  
est, sed veritas, quod Carmelus Noster Antiquus Cæsaraugustanus  
tot filios Universitati Cæsaraugustanae genuit, quot sapientes fa-  
cundus edidit: Utinam in diebus nostris horum series, & merito,  
& numero ad Religionis decorum fæliciter augeatur.



## DOCTORES CARMELITÆ IN UNIVER- sitate Cælaraugustana Laureati.



EVERENDUS Admodum P. M. Martinus de Peraza, Hispanus , ex Regno novæ Castellæ , patria Ocaniensis , Cœnobii Carmelitarum Matriensis ejusdem Provinciæ Filius, Sacrae Theologiæ Magister, Salmanticae ex primaria Cathedra sacros libros fuit interpretatus, & in Cæsaraugustano Minervæo Theatro omnium primus, Sacrae Scripturæ Cathedram pluribus rexit annis , Doctoris lauro gratis , & pro Deo donato , ut ejus eximia Sapientia Musæum tunc noviter erectum illustraretur. Hebræorum lingua peritissimus , Verbi Divini Celeberrimus exitit Deciamator. Testis sit totus Hispánicus orbis, & in eo maximè Salmantica Civitas , testis & Urbs Cæsaraugustana, in qua quinta ad Populum quadragena in Regio S. Mariæ de Gratia Xenodochio, habita , Virum Orbis admiratus est , conticuit , siluit , obstupefactus , & hærens. His igitur insumptis felicissimi ævi sui annis , cum singulari virtutum , & Religiosæ disciplinæ exemplo Carmelum illustrans (qui in pubertate Cistercium decorarat illustrissimum) Salmanticæ vix quadragesimum agens annum obiit anno 1604. Scripsit , teste Nicolao Antonio : *Sermones Quadragesimales, & de Resurrectione*, duobus voluminibus excusis Salmanticæ 1604. in 4. apud Artum Tabernier , & Andræam Renaut. Barcinone sequenti anno apud Raphaelem Vives , & apud Sebas. Cormellas.

*Sermones de Adviento, y Santos, Cæsaraugustæ apud Angelum Tavanum 1600. in 4.*

Qua-

*Quadragesimalia* duo alia Volumina reliquise in Schedis (refert Nicolaus Antonius) quorum unum vices agit *Davidicorum Psalmorum*, alterum *Pauli Apost. Epist. Commentarii*, item *Mariale*, quod in Bibliotheca Excellentiss. Dom. D. Didaci Arce Reinoso, Inquisitoris Hispaniae Regnorum Generalis, Regique nostro à Consiliis status, fuisse, referunt Joannes Tamayus in *Martyrologio Hispano*, VIII. die Decembris, & Petrus Alva Tamayum laudans, in *Militia Conceptionis*. Huc usque prælaudatus Nicolaus Antonius tom. 2. Bibl. Hisp. pag. 86. Scripsit insuper *Commentarios in Job*, quorum editioni intercessit Joannis Pineda, Soc. Jes. similis labor in lucem emissus, affervantur tamen in Bibl. Salmant. Carmelitarum.

R. A. P. M. Fr. Gaspar de Rueda, patria Cæsaraugustanus, ibidem Carmelitarum Sodalibus cooptatus, anno 1612. profesus est in Conventu de *Aren*. Peractis Philosophiæ, & Sacrae Theologiæ Studiis, utriusque Facultatis Professor, Magisterii honore decoratus est. In Cæsaraugustana Academia Theologiæ lauro redimitus, Novitiis in Cæsaraugustano Conventu præficitur Magister, quo munere laudabiliter expleto, ibidem obiit anno....

R. A. P. M. Fr. Joannes Muñoz, Cæsaraugustanus, inter Carmelitarum Sodales in patria numeratus est Kalendis Februarii anno MDLXXVI. & sequenti professionem emisit. Vir fuit clara, & excelsa sapientia, & virtutis nota conspicuus. R. P. M. Michaelis Ripol, Præceptor, haud exiguum sibi comparavit honorem, tantum Virum in Orbem edens litterarium. Cæsaraugustana Academiæ laureatus Doctor, primùm Pompilonensis, dein Cæsaraugustani, & Valentini Conventus electus Prior, quibus præfuit Verbo, præfuit & exemplo. Ejus optima fama, & qua apud Proceres pollebat auctoritate, nonnullas circa Conventus Carmelitarum Excalceatarum D. Joseph fundationem controversias evicit. V. M. Elisabethæ à S. Dominico ejus Fundatrici, suisque Monialibus à Confessionibus, felicissimum suæ vitæ finem commendatum reliquit R. P. Petrus Oxea, Soc. Jes. in vita V. M. Seraphinæ Bonastre pag. 303. cap. 18. Obiit Cæsaraugustæ anno 1627. ætatis vero suæ 65. Scripsit:

*Sermones de Quaresma. M. S.*

*Sermones de Adviento, y Santos.* M. S.

*Obras de Devocion, y Oraciones.* M. S.

De quibus D. Nicolaus Antonius, tom. I. sua Bibl. Hisp.

R. A. P. M. Fr. Michael Ripol de Atienza, Cæsaraugustæ ortus, ibidem Carmelitarum indutus est habitu anno 1548. & sequenti solemnem emisit professionem. In Cæsaraugustano Minervæo Magistri in Philosophia, & Doctoris in Theologia Laureâ insignitus, in Cathedra, quam Durandi vocant aliquot annis Theologiam docuit. Inde ad Cathedram Sacrae Paginæ assumptus Bibliorum Sacrorum Expositorem egit. Demum in Primariam translatus, in ea juxta Academiæ leges jus perpetui Professoris adeptus est. Cui tandem cessit, honoribus, & emolumentis Cathedratici Jubilati potitus. Præfecturis omnibus Monasticis intra Provinciam laudabiliter functus est, ut iteratæ reelectiones testantur. Ter namqne Cæsarangustani Conventus, & bis totius Provinciae Prælatus extitit. A Rege Catholico Visitator, ac Reformator Provinciarum Portugaliæ, & Sardiniae destinatus, tanto muneri, sive præ humilitate, sive præ salutis inopia se imparem existimans, excusationem à D. Rege postulavit, quam tamen, iterata hac honorificentia obtinuit, ut ipse suo judicio aliquem tali munere dignum ex hac Provincia proponeret; quod, ut præstaret, R.P.M. Valerium Ximenez de Embun (de quo postea) propesuit. Fidei Judicibus Minister à Consultationibus, & Illmo. D. D. Martino de Funes, Canonico Poenitentiario S. Metropolitana Ecclesiæ Salvatoris, & Episcopo S. Mariæ Albatracinensis charus, cuius consilio allocutionem secum à Devotissimo illius Metropolitana Ecclesiæ Crucifixo habitam, quoad vixit, non revelavit. Ita D. Didacus Dörmer en la *Dissertacion del Martyrio de Santo Dominguito de Val.* Agunt etiam de N. Michaele D. Michael Batista de Lanuza in vita V. Elisabeth à S. Dominico, & D. Nicolaus Antonius in sua Bibl. Hisp. Obiit Cæsaraugustæ die 10. Julii anno 1629. Scriptit: *Treatatus Theologicos*, qui una cum aliis aliorum itidem Carmelitarum in uno Volumine in lucem prodiere Cæsaraugustæ apud Aug. Verges 1670.

R. A. P. M. Fr. Michael Ruzola, V. P. N. Dominici Ruzola, Germanus Frater, Bilbili Parentibus Michaele, & Hieronyma

ma Lopez Cerverensi natus est die 8. Aprilis anno 1547. Tener adhuc ætate , et si pietate adultus, Carmelitarum , non Dominicano rum , ut falso aliqui in vita Fratris sui V. Dominici Ruzola somniavere,in patria Habitum induit,in cuius Veritatis testimoni um extat approbatio ab ipso facta in libro *Repertorio de los tiempos , &c. compuesto por Francisco Vicente Tornamira* , Typis edito Pompilone apud Thomam Porralis anno 1585. ubi hæc habentur. *Por mandamiento de los Señores del Consejo vi , y examiné yo Fray Miguel Ruzola , Presentado en Theología , y Prior del Monasterio de Nuestra Señora del Carmen , &c.* subscriptum die 12. Julii anno 1584. Constat insuper ex altero libro edito Cæsaraugustæ anno 1598. apud Laurentium de Robles : Aucto- re D. Michael Martínez del Villar : *Del Patronado de Calata-yud , &c.* In quo extat Poema Hispanicum à N. Michael in laudem Auctoris , & ejus Patriæ compositum. Hæc sufficiant , ut prædictorum Auctorum manifestus error appareat , & N. Michael Carmelitam fuisse , agnoscant. E Patria in Cæsaraugustam translatus ad annum 1565. ut philosophiam addisceret,inde in Valentiam , & Salmanticam profectus , Sacrae Thelogiæ operam dedit, cuius Facultatis Laurea decoratus fuit in Cæsar augustano Musæo anno 1587. Bilbilitani , & Pompilonensis Conventus semel , & iterum renuntiatus Prior , Cæsaraugustanum itidem rexit Carmelum , quibus , necnon Vicarii Provin ciæ pro casu absentia Provincialis , & Diffinitoris decoratus honoribus obiit Bilbili , prænuntiato , ut fertur , à suo V. Fra tre Dominico Ruzola , mortis suæ die , anno ætatis suæ sexagesimo octavo.

R. A. P. M. Fr. Augustinus Nuñez Delgadillo , Bæticus , patria Caprensis , Carmelita , præstantissimo ingenio , memoria fœlicissima , multaque verborum , ac sententiarum copia , per fervidoque opimos opere fructus colligendi desiderio egregius Concionator , inquit Nicolaus Antonius. Huic supparem nullum suo tempore sapientia , & Divini Verbi declamatione invenit Orbis , & Ordo. Vix dum vigesimum ætatis attingerat annum , publicus factus est in Oſlunensi Musæo Professor. Cæsaraugustam prædicationis causa vocatus in ejus Regali Noſocomio quatuor habuit , inconcussa annorum serie , ad Popu lum

Ium Quadragesimales cursus, tanta Populi acclamacione, ut Patriæ Conscripti Patres, Musæ Patroni in eo publicè docturo hospiti novam Theologiæ Cathedram duplicato stipendio creaverint, ut apud suos tantum detinerent Magistrum, & suæ sapientiæ radiis, quos jam olim Cordubæ, Urſaone, Granatæ, atque Valentiæ diffuderat, Cæſaraugustanam Academiam illustraret. Quam aliquot regens annis, Matri tum à Catholica Philippi IV. Curia vocatus inter Concionatores Regis Cooptatus, ibidem denatus est V. Kalendas Augusti anno MDCXXXI. æatis vero suæ LIX. Cujus funus spissò nobilium, atque Sacrorum Hominum defuncti Sanctimoniam acclamantium comitatu processit. Habita die II. Augosti præfati anni solemnissima funerali pompa, oravit RR. & Sapientissimus P.D. Placidus Franchipane ex Clericis Minoribus: Oratio Typis Carpentanæ Mantuæ vulgata, famam ejus posthumam, toto perennat orbe. Scripsit plura, sed edidit sequentia.

*Artificio breve, y claro para todos, particularmente para los Predicadores, quod in 2. tom. de Jardín de Sermones edito Cæſaraugustæ apud Augustinum Verges, anno 1676. continetur.*

*De la Victoria de los Justos, celebrada por David en el Psalmo XVII. cuius argumentum quatuor Voluminibus se daturum, promiserat. Primum Granatæ excudit, anno 1618. Martinus Fernandez Zembrano in 4.*

*Primera, y segunda parte de Sermones de Quaresma. Matrixi, anno 1629. in 4.*

*Breve declaracion del Arte de Raymundo Lulio. Primum Compluti 1622. deinde Granatæ 1623. in 8.*

*Abedecedario Espiritual. Ad Margaritam Infantem Matrixi. Habebat parata Typis, ut ipse in Prologo Victoriae Justorum ingenue, & veraciter fatetur.*

*Desposorios de Chriſto, y el Alma sobre el Psalmo XLIV. quinque tomis.*

1. tom. *Prendas del Amante.*

2. tom. *Chriſto enamorado del Alma.*

3. tom. *Diligencias del Amor Divino.*

4. tom. *Alma enamorada de Chriſto.*

5. tom. *Bodas de Chriſto, y el Alma.*

*Estados del Alma quinque partibus.*

1. pars. *Alma sin Fè.*
2. pars. *Alma con Fè, y en pecado.*
3. pars. *Alma deseosa, y embarazada.*
4. pars. *Alma determinada, y penitente.*
5. pars. *Alma justificada.*

*Hambre de Dios libro singulari. Brevedad de la vida, tom. I.*  
*Fortaleza del Alma tom. I. Humildad, y sus excelencias tom. I.*  
*Lazos del amor sobre el Pater noster tom. I. Querellas del amor*  
*tom. I. Inconstancia de la Fortuna sobre el Evangelio del Rico*  
*Avariento tom. I. Toques Divinos sobre el Evangelio del Prodi-*  
*go tom. I. Provechos de la Comunion tom. I. Concepcion de Nra*  
*Señora sin pecado original tom. I. Del amor de Christo al Alma*  
*tom. I. Espuela del Amor Divino tom. I. Latinè insuper para-*  
*tum habuit In prim. part. Div. Thom. volumen unum.*  

Quos libros etiam recenset D. Nicolaus Antonius. Si forsam  
 quæras, cur tanta Doctissimi Viri monumenta publica non per-  
 fruantur luce? Lege, obsecro, Prologum *Victoria fustorum*, &  
 miraberis ingenuam tanti Viri confessionem, paupertatisque  
 Religiosa, quanto æstuabat desiderio. Asservantur tamen ejus  
 scripta Matriti in Biblioth. Carmelitarum.

R. A. P. M. Fr. Joannes Ximenez, Bilbilitanus, in ejus-  
 dem Civitatis Carmelitarum Conventu Sacrae Religioni nomen  
 dedit, & in eodem professus est. Excellenti ingenio prædictus,  
 & Religiosis moribus optimè instructus, per Lecturæ gradus ad  
 Magisterii fastigium ascendit. In Universitate Cæsaraugustana  
 Doctoralibus Infulis decoratus, post Bilbilitani, Ergavicensis,  
 & Cæsaraugustani Conventuum præfecturam, ad totius Provin-  
 cie regimen assumptus est. Cathaloniae, & Beticæ peracta Vi-  
 sitatione, ad suos rediens, Cæsaraugustæ finem imposuit vita  
 die 22. Maii anno 1631. Agunt de eo P. Thomas Muniesa, Soc.  
 Jes. in vita Ducissæ de Villahermosa, & specialiter P. Petrus  
 Ojea in vita V. M. Seraphina Bonastre pag. 340.

Illustrissimus, ac Reverendissimus D. D. Fr. Valerius Xi-  
 menez de Embun, Alagone propè Cæsaraugustam ortus, Cæ-  
 saraugustæ Sacrum sumpsit Carmelitarum habitum, & ibidem  
 solemniter professionem emisit die 14. Aprilis anno 1593. In  
 Ca-

Cæsaraugustana Academia, tūm Magistri in Philosophia, tūm Doctoris in Sacra Theologia redimitus lauro, Vespertinam Cathedram moderatus est. Moribus integris, & multa vir doctrina, post plurim Conventuum administrationem in Comitiis Valentiniis Prior Provincialis electus est. Sardiniam Vicarius Generalis lustravit. Philippi III. Hispaniarum Regis jussu totius Cleri, tam Sæcularis, quam Regularis Hispaniarum, Lusitanie, atque Sardinie ad ejus reformationem per maturum efformavit judicium, ab eo ducentorum ducatorum annua pensione remuneratus. Tandem post utriusque Castellæ, Beticæ, & Portugalie Provinciarum visitationem, ab eodem Philippo III. Alguerensis Episcopus in Sardinia sub Metropoli Turritana preficitur, sed Deo aliter providente, priusquam inauguraretur, obiit Cæsaraugustæ die 17. Septembris anno 1634. ætatis vero suæ 57.  
Scripsit:

- *Estimulo à la Devocion de la antigua Orden de Na. Sra. del Carmen, y la Historia, y sucessos de esta Sagrada Religion, desde su Fundador el Santo Profeta Elias, hasta los años MCXCVII. Cæsaraugustæ 1604. per Angelum Tavano.*

- *Forma de instituir la Cofradia del Santo Escapulario del Carmen.*

- *Notas à la Regla del Carmen tom. 2. quorum prior editus est Cæsaraugustæ apud Petrum Verges anno 1633. in 8, posterior servatur M. S. in Bibliotheca D. Joseph.*

- *Carta exhortatoria à las Religiosas de la Provincia de Aragon, del Orden de Na. Sra. del Carmen. Cæsaraugustæ excussa.*

- *Tratado de la Oracion del Pater Noster, quem Didacus Muriello in Hist. Deiparae del Pilar, & Vincentius Blasco in Aragonensi Valerio nostro adjudicant.*

- *Commentaria in Sacras Carmelitarum Constitutiones libro uno comprehensa.*

- *Perfectus Prælatus, & Subditus lib. uno.*

- *De Viris Illustribus Carmelitarum.*

- *Visitas de varias Provincias de España, y sus Islas tres tom. M. S. servantur in Biblioth. Superiori Collegii D. Joseph Cæsaraug. scrinio 9. num. 145. 146. 147.*

- *Constituciones del Colegio del Carmen de Coimbra M. S. assertio-*

vantur in eadem Biblioth. scrinio 16. num. 96.

*Visitas, Actas, y Estatutos de la Provincia de Portugal M. S.*  
scrinio 16. num. 97. ejusdem Biblioth.

Bibliotheca copiosa N. Collegii S. Joseph Cæsaraugustani (et si à nobis paucis tomis adaugta) ad usum N. Valerii fuit, & post ejus mortem N. Collegio legata. In cubili ampio ejus cellæ proximo reservata, ejus studiis inserviebat. Quomodo vero Religiosus pauper sine vitalitia aliqua substantia septem millia volumina collegit, omnibus Emblema latens, nisi fortè, quia existens Prælatus, nec ovum ab aliquo fratre recepit. Sic fiunt in claustro memoranda ista Mirabilia, quæ omnes mirantur, & Deus solus operatur.

R. A. P. M. Fr. Raymundus Lumbier, Navarrus, patria Sangossanus, ibidem Carmelitis adscriptus, Bilbili, quo studii Philologiarum causa missus est, professionem emisit die 28. Aprilis anno 1633. In Universitate Cæsaraugustana Theologiae laurea accepta, Scotti Cathedram primum rexit, dein in Sacrae Scripturae Cathedram translatus, ultimo Primariam, quam Jubilatus honoravit, obtinuit, triginta & duobus annis in ea suæ scientiæ diffundens radios. Aragoniæ, Supremique Senatus S. Inquisitionis Patrum Consultor Theologus, Regique Catholico à Concionibus, Archiepiscopatus Cæsaraugustani Synodalis Examinator, tertio Aragoniæ Provinciam rexit Prior Provincialis. Divini Verbi Declamator egregius, quintum ad Populum quadragesimalem cursum habuit in Regio Nosocomio S. Mariae de Gratia, toto orbe celeberrimo, perpetuus ab ipsis Senatoribus Concionator præelectus. Collegii D. Joseph Cæsaraugustani Fundator, in ejus, aliisque Conventus fabricis perficiendis, ducenta scutorum millia consumpsisse dicitur. Hujus incomparabilis Viri egregia encomia apud plures reperies politiori calamo conscripta, maximè apud P. Thomam Munieffa, Soc. Jes. tom. 1. de *Effent. & Attrib.* pag. 327. & apud D. D. Josephum Boneta, Cæsaraugustanæ Academiæ Doctorem Theologum, & S. Metropolitani Templi Portionarium, qui ejus vitam in lucem dedit Cæsaraugustæ anno 1687. apud Dominicum Gascón. Obiit Cæsaraugustæ die 1. Augusti anno 1684. Ex milibus ex tota Hispania ejus Sepulchro oblatis Epitaphiis,

unum,

untim , quō ejus Discipulus Dr. Boneta , Magistrum parentavit,  
adjiciam:

*Quid dubitas posse hunc, tam stricto marmore cingi?*

*Non quod erat, qui erat, est: Ignis erat, Cinis est.*

Plura scripsit continua totius Hispaniae , imo & Indianarum Con-  
filiis districtus , ex quibus hæc in lucem prodiere.

*De Essentia, & Attributis Dei Cæsaraug.* apud Joannem Ibar  
anno 1677. in 8.

*De Visione Dei* ibidem apud eundem anno 1674. in 8.

*De Scientia Dei Cæsaraugustæ* apud Dominicum Gascòn an-  
no 1668.

*De Voluntate Dei* ibid. apud Ibar anno 1676. in 8.

*De Sanctissimæ Trinitatis Mysterio* ibid. apud eundem an-  
no 1675. in 8.

*De Fide Divina* Cæsaraug. apud eundem anno 1675. in 8.

*De Incarnatione, Gratia, & Scientia Christi* Cæsaraugustæ  
apud Paschasiūm Bueno anno 1678.

Quos omnes tractatus, in duplici collectos tomo in fol. ite-  
rum excudit, primum Cæsaraug. apud Pasch. Bueno anno 1678.  
Secundum ibidem apud hæredes Augustini Verges anno 1680.  
Scripsit insuper *Fragmentos Morales Cæsaraugustæ* Typis Domi-  
nici Gascòn anno 1683. tertio jam excussis.

*Sobre las Propositiones Condenadas por Inocencio XI. y Alexan-  
dro VII.* Cæsaraug. anno 1683. & alibi pluries in 4.

*Earundem opus latinum* Barchinone anno 1682. apud Typo-  
graphiam Mathevat per Martinum Gelabert in 4.

*Summam Moralem N.* Joannis Anastasii de Arana concina-  
vit , & pluries Cæsaraugustæ edidit in 4.

*La Josephina*, id est , *Sermones de San Joseph* Cæsaraugustæ  
apud Augustinum Verges anno 1676. in 4.

*Collegit Sermones varios*, quos duplici tom. in lucem edidit  
R. P. Præf. Matthæus Maya Cæsaraugustæ apud August. Verges  
anno 1676.

Inedita , plura , quam edita reliquit, quibus excudendis vix  
thesaurus suffecisset.

*Sacrae Theologiæ* tom. 9. M. S.

Item tomum unum , in quo probat , quod Spiritus Sanctus

seni litterali loquitur de S. Josepho, ubicumque de Josepho Jacobi Filio, loquitur.

*Apologiam Librorum V.M. Mariæ de Agreda, quæ fuit omnium prima, quæ pro ejusdem libris scripta fuit. Inter legentium manus periit.*

*Tomum, in quo resumit Biblia Sacra, ut possibili modo comprehendendantur.*

*Sermones Funebres tom. unum.*

*Sermones Panegyricos tom. 3.*

*Consultationes Bibliothecam implerent, sed hæc fere omnia M. S. vel temporum injuria, vel studentium ambitione periæ.*

*Quadragesimalia, quibus usus erat, post ejus mortem, nepoti suo A. R. P. M. Fr. Raymundo Sos commendata, in Conventu Sangossano, vel deperdita, vel latent.*

Illustrissimus, ac Reverendissimus D. D. Fr. Franciscus la Torre, patria, habitu, & professione Cæsaraugustanus, vitam hausit auram anno 1595. Religionem ingressus anno 1610. & sequenti illam canonice professus est. Elapsò in Religione Philosophiæ, & Theologiæ curriculo, in Cæsaraugustano Lycæo Sacrae Theologiæ redimitur lauro. Cæsaraugustani Conventus renuntiatus Præsul, tantam sibi comparabit boni Præsulis famam apud nostrum Catholicum Philippum IV. ut eo postulante, designatus sit Episcopus Auxiliaris S. Ecclesiæ Oscensis, cum jure ad futuram successionem, qua morte præuentus perfui haud potuit. Obiit enim ipso suæ promotionis anno 1634.

R. A. P. M. Fr. Hieronymus Sobrino, Aragonus, patria Alagonensis, Cæsaraugustæ Sacram Carmelitarum Vestem induit die . . . . mensis Septembris anno 1593. & ibidem die 15. Septembris professionem emisit. Audita Philosophia, atque Theologia, utriusque Facultatis Lector institutus est. In Cæsaraugustano Muñæ Doctoris laurea decoratus, ejus scientia, & prudentia apud Sacros Fidei Judices probata, à Supremo Inquisitionis Præsule inter Qualificatores propositionum, ac rerum Fidei Censores adscriptus est. Oscensis Conventus designatus Prior, integrō boni Præsulis muneri strenue satisfecit. Procerum Cæsaraugustanorum judicio altioribus insulsi dignus, ob ejus notam, & commendatam virtutem, non semel ab Aragoniæ

Pro-

Pro regibus apud Catholicum Regem commendatus est, ut Episcopali praeficeretur muneri. Imo, & Illust. D.D. Petrus Gonzalez, Archiepiscopus Cæsaraugustanus, nedum ejus interdum utebatur Consilio, sed & illum in humili sua Cellula sèpè sèpius humanissime visitabat. Obiit Cæsaraugustæ die prima Februarii anno 1639.

R. A. P. M. Fr. Franciscus Lucèa, patria Cæsaraugustanus, ibique Carmelitarum indutus habitu anno 1609. professionem solemniter emisit anno 1611. Philosophiam, atque Theologiam primum apud Domesticos docuit, dein in Cæsaraugustana Universitate utriusq; Facultatis decore laureatus, primo Philosophiam per sexennium in ea legit, Cathedratici decoratus titulo, ab anno scilicet 1629. usque ad annum 1635. Deinde in Theologiae Cathedram ibidem assumptus, in Scoti Cathedra, quoad vixit, Theologiam docuit, ad alias evehendus, si præmatura mors eum è vivis non substulisset, mortuus est enim anno 1640.

R. A. P. M. Fr. Martinus Ximenez de Embun, Almoldæ, in Dioecesi Oscensi natus (non Lanuzæ, ut inquit Nicolaus Antonius tom. 2. fol. 115.) Sacro Carmeli habitu indutus est Cæsaraugustæ die 24. mensis Novembris anno 1611. & ibidem elapsò approbationis anno professus est die 24. mensis Novembris anno 1612. Decursis summo cum plausu Lecturæ, tūm Philosophiæ, tūm Theologiæ, annis, in Oscensem Academiam ex obedientia directus, illius Cathedras sapientissimè regens, magnum sibi, & Ordini comparavit honorem. Inde Cæsaraugustam reversus, & in ejus Academiam cooptatus, in Durandi Cathedra primum Theologiam docuit, dein Sacrae Paginæ Interpres institutus, & in Vespertinam translatus, Primariam postremo Cathedram adeptus est. Inter celebriores sui sæculi celeberrimus extitit Ecclesiastes, sat sit pro illius facundia encomium, quod cum in Regio S. Maria de Gratia Nosocomio Ecclesiaste in quadragesimalem ageret, tanta dicendi copia, tanto fervore spiritus, tantaque persuasionis efficacia contra lusoria, & in honesta vita investitus fuit, ut Rectores Urbis publico edicto comburi jusserint, ac publicè comburi fecerint lusorias mensas, ac mulieres inhonestâ vitâ scandalum ingerentes peccata debita castigari. Ejus doctrinæ fama permotus Catholicus Philippus IV.

qui

qui ut Cathaloniæ tunc bellis tumultuanti prövideret, Cæsarau-  
gustæ Regiam suam fixerat, Patriarchæ suorum Concionatorum  
Prefecto indixit, ut egregium istum Magistrum inter Concio-  
natores suos cooptaret. Quem, ut audivit Catholicus Monarcha,  
*Famosi Aragoniensis* titulo decoravit. Cum hac humanarum, &  
Divinarum Litterarum peritia, conjunctam habuit prudentiam,  
ac regendi dexteritatem, cuius specimen dedit, primum in Cæ-  
saraugustano Conventu, in quo Priorem egit, dein in tota Pro-  
vincia, quam ut Prior Provincialis moderabatur, cuius regimen  
absolvere haud valuit, morte præventus die 17. Februarii anno  
1645. Scripsit:

*Tractatus Theologicos de Beatitude, Actibus Humanis, & de  
Peccatis Cæsaraug. apud Dominicum Gascon anno 1683. De  
quibus Nicolaus Antonius tom. 2. Biblioth. Hisp. pag. 115.*

*De Mensibus, & Annis Sac. Script. M. S. asservantur in Bibl.  
D. Joseph Scrinio 10. num. 66.*

*Sermon de Na. Señora del Carmen quem in lucem edidit tom. I.*

*Jardin de Sermones R. P. Präf. Matthæus Maya Cæsaraugustæ  
apud Augustinum Verges anno 1676.*

R. A. P. M. Fr. Antonius Ochoa, Cæsaraugustæ ortus, in  
patria Sacrum Carmelitarum induit habitum die 23. Decem-  
bris anno 1624. & 25. ejusdem mensis recurrente anno profes-  
sus est. Bilbili Artium Lectoris expleto munere, Cæsaraugustæ  
Sacram Theologiam docuit, & in ejus Academia inter Sacrae  
Theologiæ Doctores cooptatus est, cuius nonnullas Cathedras  
moderatus fuit, Cathedraticus Substitutus. Obiit adhuc Juve-  
nis anno 1654.

R. A. P. M. Fr. Antonius Gavella, Rubeolis, in Aragonia  
natus, Sacrum Carmelitarum sumpsit habitum, & Cæsaraugustæ  
professus est die .... mensis .... anno .... Postquam in Bilbi-  
litano Conventu Philosophiam docuit, & in Cæsaraugustana  
Theologiam, ejusdem Facultatis Lauream in Cæsaraugustana  
Academia adeptus est. Insignis Divini Verbi Declamator quin-  
que supra viginti cursus quadragesimalium Concionum in di-  
versis Cathedralibus peregit. Ab Illmo. Cæsaraugustano Ar-  
chiepiscopo Beneficiorum Examiner institutus est. Hujus sa-  
pientissimi Magistri sat sit pro gloria, quod duos illos incom-  
para-

parabiles Viros Raymundum Lumberium, & Dionysium Blasco, Discipulos habuerit, si namque ut dicitur Prov. cap. 13. ver. 1. *Filius Sapiens Doctrina Patris.* Quanta hujus Magistri sapientia fuerit, ex Discipulorum conjicies sapientia. Obiit Cæsaraugustæ Prior, nondum expleto Prælationis officio die secunda Septembris anno 1657.

R. A. P. Fr. Marcus Antonius Alegre de Casanate, Aragonus, Turiasonensis, Ordinem Carmelitarum, Cæsaraugustæ, ingressus est anno 1609. idque, dum Pater eum Curię invicem avunculi, quem à Secretis habebat Philippus III. annuente ipso Rege, destinabat: industriam suam eō totam contulit, ut præter Conciones ad Populum ex munere habitas, de antiquitate, nobilitate, rebusque præclare gestis Carmelitarum commentaretur, factus interea Cæsaraugustani Licet Sacre Theologie Doctor. Sadavensis, ac Rubeolensis Conventus Prioris munus egit. Inde Cæsaraugustam repetens, plenus dierum, & bonorum operum, pluribus egritudinibus afflictus, maximè podraga, qua diu ante obitum ita vexatus fuit, ut nulla pars sui corporis posset ei ad humanos usus deseruire, nisi manus ejus dextera, qua, Deo providente, assiduè ad scribendum utebatur, obiit anno 1658. Scripsit:

*Paradyſus Carmelitici decoris* Lugduni anno 1639. in fol. cui appenditur.

*Apologema sive murus defensionis pro Joanne Patriarcha XL. IV. Hierosolymitano.* Duobus tractatibus, quorum prior de illius libertata fide, & sanctitate, posterior de ejus Carmelitica professione, & quod Auctor sit libri de *Institutione Monachorum* in lege veteri exortorum, & in nova perseverantium, tractat. His adjungitur.

*Encomiastica in Celebratione Comitiorum Provinciae Aragoniae Carmeliticae Marianae Religionis Declamatio anno MDCXVII. Kalendas Novembbris Valentiae habita.*

*Joannis Trithemii de laudibus Carmelitanæ Religionis,* liber diligentissimè recognitus, & restitutus. Omnia hæc simul ediderunt Lugdunenses.

*De los Milagros de Na. Sra. del Carmen* lib. unus.

*De Sacris Operibus* lib. unus, qui Typis Petri Verges prodierunt anno 1625. in 8.

*Sobre el Evangelio de los talentos lib. unus.*

*Vida , y Encomios de San Prudencio , Obispo de Tarazona , Catalogo de sus Obispos , y de algunos sucessos notables de aquella Ciudad. Césaraugusta apud Petrum Verges anno 1626.*

Habebat prælo parata manuscripta sequentia, quæ in Bibl. inferiori Collegii D. Joseph Césaraug. servantur.

*Commentarios Morales super Regulam primitivam Carmelitarum duobus tom. in fol.*

*Vida de Na. Sra. y favores suyos por N. S. Escapulario fol.*

*Flos Sanctorum sui Ordinis fol. tom. 1. 2. 3. 4.*

*Sermones Quadragesimæ, Adventus, & de Sanctis tomis novem.  
Martyrologium Carmelitarum.*

*Ceremoniale Santimonialium Ordinis Carmelitarum è Latino in vulgare Idioma conversum.*

*Orationes Sacrae diversis locis habitaæ per Hispaniam. Idiomate Latino conscriptæ.*

— Illustrissimus, ac Reverendissimus D. D. Dionysius Juberro, Aragoniensis, in Civitate Barbastrensi, nobili stirpe natus, Salmanticæ Sacrum Carmelitarum sumpsit habitum, & ibidem professionem emisit. Inde ad suos revertens, Olsensi Conventui adscriptus est. Philosophiæ, & Sacré Theologiæ Lector institutus, expleto laudabiliter munere, Magisterii titulum adeptus est. Propositionum Fidei Censoris munere apud S. Inquisitionis Tribunal decoratus, & Prior Césaraugstanus electus, in Academia Césaraugstana Sacré Theologiæ lauream accepit, in qua Cathedram Scoti aliquot rexit annis, donec illam dimittere coactus est, itineris causa, quod in Germaniam instituit, ut Germani Fratris defuncti negotiis provideret, qui apud Augustissimum Ferdinandum III. Imperatorem munus egerat Eleemosynarii Majoris. Eadem ergo Imperatori hac occasione Noster Dionysius agnitus, & in honore propter egregias illius dotes habitus, Concionatoris sui titulo decoratus, non diu post in Episcopatum Bacensem Suffraganeum Archiepiscopatus Ragusini promotus est. In cuius possessionem, cum jam per Galliam ex Hispania proficeretur, Romamque pergeret Ecclesiastico ritu consecrandus, Auloronii in Gallia morte præventus est anno 1658. Noster Illust. Dionysius ( nota ut æquivocationem )

nam vites) Consobrinus fuit alterius Dionysii Jubero itidem Carmelite, de quo Egregius Nicolaus Antonius in sua Bibloth. Hisp. tom. 1. litt. D. ad pag. 251.

R. A. P. M. Fr. Nicolaus Ricarte ortus est Cesarugastæ, ac in ejusdem Urbis Carmelitarum Conventu sacro induitus est habitu anno 1607. & sequenti professus est. In Cesarugastana Academia Doctorali Theologiæ Laurea insignitus, in eadem sœpè sœpius Cathedratici vices egit pro R. A. P. M. Fr. Michaeli Ripol de quo supra. Zelus, ac Religiosa Observantia studium in eo maximè floruit, quapropter tum Pomponiensis, tum Bilbilitani Conventus invitatus Prior renuntiatus, hoc suis in posterum mirandum reliquit exemplum, quod cum juxta Ordinis Constitutiones nequeat in Prælatum eligi, qui ægritudinis habitualis causa, communem vivendi formam observare haud valet, quoties Prior existens, ægrotare contingeret, noluerit Prioris vocem, nec locum habere, quo usque in omnibus exercitiis communem observaret vitam. Eximius Divini Verbi Declamator magno Auditorum fructu per viginti annos in gravioribus Provinciae Cathedralibus quadragesimalis habuit ad Populum Conciones. Obiit Cesarugastæ mense Martio anno 1660.

R. A. P. M. Fr. Martinus Perez de Nagore, Cesarugastæ, nobilibus Parentibus ortus, ibidem Carmelitis adscriptus est die . . . . mensis . . . . anno 1608. & in sequenti canonice professus est die . . . . mensis . . . . Post Philosophię, & Sacrae Theologiæ Lecturam, ejusdem Sacre Facultatis laurea in Universitate Cesarugastana decoratur. Propositionum Fidei Censoris, tum apud Aragonię, tum apud Valentini Regni S. Inquisitionis Tribunal, munus egit. Rubeolis, & Cesarugastani Conventus Prior institutus, illos summa cum prudentia per trienium rexit. Elector Generalis factus, & in Urbem pro Generalis electione perveniens, ibidem in demortui Provincialis locum suffectus est. In sequenti autem Capitulo Valentiae celebrato Prior Provincialis eligitur, quo munere summa cum laude expleto; nomine, & auctoritate RR. Patris Ordinis Cathalonicam visitavit Provinciam, ac in ea præfuit Capitulo, quo Præsidis honore iteratis Aragoniae Capitulis functus est. Postremum clausit diem Cesarugastæ die 19. Martii anno 1662. Scripsit:

*Sermon de Santa Maria Magdalena de Pazzi, excussum Cesarie  
augustę apud Aug. Verges anno 1672.*

+ R. A. P. M. Fr. Joannes Anastasius Arana, Navarrus, Pompiliensis, Carmelitarum habitum in patria suscepit, & ibidem solemnem professionem emisit. Philosophie Lector institutus, eam in Conventu Pompilonensi Sodales docuit, inde Sacram Theologiam, quam, & Cesaraugestę prosequutus est. In ejus Litterario Minervao Sacre ejusdem Facultatis laureatus Doctor, per sexenium Philosophiam in eo publice docuit. Provinciae Aragonie Diffinitor, & Collegii D. Joseph Cesaraugestani designatus Rector obiit prematura morte preceptor die 19. Maii anno 1663. Scripsit:

*Summis, Summulas Morales, qui Scholas non salutavere, utilissimum opus, ad terminos scholasticos capessendos, qui passim in Summis reperiuntur, Cesaraugestę anno 1667. apud Joannem de Ibar, & ibidem apud alios plures excussum.*

R. A. P. M. Fr. Ignatius Ferriz, Alagone, propè Cesaraugestam ortus, in Regali Cesaraugestano Carmelo Sacre Militie nomen dedit anno 1644. & sequenti professionem emisit. Bilbili Philosophiam docuit, & Cesaraugestae Sacram Theologiam, in cuius Lyceo inter Doctores Theologos adscriptus est. Studiis, & simplicitati cordis strenue addictus, Bilbili denatus est, cum ejus Conventu Prioris munus obiret anno 1665.

R. A. P. M. Fr. Joannes Ximeno, Aragonus, Cariñenae ortus, Cesaraugestę Carmelitico induitur habitu anno 1637. & ibidem recurrente anno professus est. Bilbili Aristotelicam docuit Philosophiam, & Sacram Theologiam Cesaraugestę, in cuius Litterario Minervao inter Doctores Theologos adscriptus, & candidatus est. Ergavicensis Conventus Prior designatus, illum prudentissime gubernavit. Obiit XI. Kalendas Augusti anno MDCLXVII.

R. A. P. M. Fr. Albertus Sòs, Sadabæ ortus, ibidem Carmelitarum sumpsit habitum, & in Conventu Pompilonensi professus est anno 1634. Litterariis Cursibus expletis, & Magister de justitia nuncupatus, in Cesaraugestano Musæo Doctoris Lauream adeptus est. Apostolicis Causarum Fidei Judicibus à censura Theologica, Prior Cesaraugestani Conventus de-

Signatus est. Demum Prior Provincialis Valentiae electus, prius quam à RR. P. Ordinis electionis confirmationem obtineret, obiit Cæsaraugustæ die 23. Junii anno 1676.

R. A. P. M. Fr. Josephus Claver, Epilæ, in Diœcesi Cæsaraugustana ortus est. Cæsaraugustæ Carmelitis adscriptus die mensis . . . anno 1640. sequenti professus est die . . . mensis . . . Peractis de more Philosophie, & Sacrae Theologiae Studiis, per Lecturæ gradus Magisterii fastigium adeptus est, & in Cæsaraugustana Academia Sacrae Theologiae condecoratus Laurea. Pompilonensis Conventus renuntiatus Prior, illius Diœcesis Synodalis Examinatoris partes egit. Inde Cæsaraugustanum rexit Conventum, ad majora evehendus, ni præmatura mors eum è vivis abstulisset die 16. Februarii anno 1677.

R. A. P. M. Fr. Laurentius Angelus Espin, Sarinenæ, in Aragonia, Diœcesis Oicensis, Nobilibus Parentibus Petro, & Elisabetha Salillas ortus est die 15. Aprilis anno 1598. Cæsaraugustæ Carmelitarum sumpsit habitum ipso suæ nativitatis recurrente die, ætatis vero suæ decimo quinto, & solemnem emisit professionem sequenti, die 19. Aprilis. Philosophia, atque Theologia apprimè instructus, illam Bilbili, hanc Oscæ professus est, ac in ejus Sertoriana Oppositorem agens, in aliorum concursu doctissimas habuit prælectiones. Magister de justitia nuncupatus, in Cæsaraugustana Universitate Theologie Laurea decoratus, inter illius Doctores diu Decanus vixit. Variis in Religione functus est Officiis, præfertim vero Prioris, sub cuius titulo Conventum Cæsaraugustanum rexit; Visitatoris Generalis in Insulis Balearibus, & in Cathaloniae Provincia Generali, Regiâ, & Apostolicâ commissione munitus, & Assistentis Generalis pro Hispaniarum, & Lusitanæ Provinciis. Hujus V. & Sapientissimi Magistri, virtutes largius commendatas habes in ejus vita exemplari, quam unâ cum aliorum Sanctorum, & Venerabilium Virorum in lucem edidit D. D. Josephus Boneta, in Cæsaraugustana Academia Sac. Theol. Doctor, & in Metropolitana Ecclesia Portionarius, Cæsaraugustæ anno 1680. Typis Dominici Gascòn: ubi dignissima reperies elogia in laudem hujus incomparabilis Magistri, ab ingeniosis Viris metrice composita. Quibus jure adjiciendum censeo, quod de eo habet

P. Josephus Andrès, Soc. Jes. in Decore Carmeli, Cæsaraugustæ edito Typis Joannis de Ibar anno 1669. pag. 423. num. 318. ubi eum vocat *Angelicum Virum*, &c. Obiit Cæsaraugustæ die 30. Aprilis anno 1679. Scripsit:

*Consulta varia Theologica, Juridica, Moralia, & Historica* in fol. Typis Joannis de Ibar Cæsaraugustæ anno 1669.

*Ruina del Idol del Carmelo.* Item *Explicacion de un lugar de Suetonio, y Examen Justificado de la verdad*, &c. Cæsaraugustæ apud Hæredes Augustini Verges anno 1678. Qui libri Apologetici, sicuti & illi, contra quos directi sunt, extinguedi ignis causa, S. Inquis. decreto hodie non leguntur.

Scripsit insuper *Defensorium Patriarchatus Eliæ* in fol.

*Clypeus Carmelitarum* tom. I. 2. 3. in fol.

*De S. Cyrilli Constantinopolitani Carmelite Sanctitate, & Oraculo.* Qui omnes M. S. aservantur in Bibl. inferiori Collegii D. Joseph, sub litt. M. num. 110. 111. 112. 113. 114.

Scripsit insuper quinque tomos *Theologiae Moralis*, (sed Proh dolor!) cum è Roma alibi typis excudendos mitteret, unà cum navi maris fluctibus sepulti sunt.

Illust. ac Reverend. D. D. Fr. Petrus Tris, Bilbili, in Aragonia ortus est ex Joanne Michaele, & Spe, vel vulgo Esperanza Lacal Nobilibus Parentibus die 26. Junii anno 1623. In patria Carmelitarum sumpsit habitum die 20. Februarii anno 1637. ibique tyrocinio peracto professus est die 2. Julii anno 1639. In Philosophia, & Sacra Theologia apprisimè instructus, illam Sangosse, in Regno Navarræ, hanc Cæsaraugustæ laudabiliter docuit, & in ejus Universitate Sacræ Theologiae decoratus est Laurea die 28. Octobris anno 1652. Bilbilitani, & Cæsaraugustani Conventus præfectus Prior, tandem Valentia die 14. Aprilis anno 1663. Prior Provincialis electus est, quo munere exactissimè expleto, Episcopus Albarracinensis creatur, & Valentie in Ecclesia sui Ordinis consecratus fuit per manus Illust. D. D. Anastasi Vives, itidem Carmelita, Episcopi Segobricensis, Assistantibus Illust. D. D. Joanne Baptista Sorribas, pariter Carmelita, Episcopo Ampuriensi, & Josepho Barberà, Episcopo Maronensi. Deputatus Generalis totius Aragoniæ Regni, semel & iterum ipsi præfuit, & ex commissione Caroli II. vices ges-

gesit Ministri Regii in Visitatione Regii Nosocomii S. Marie de Gratia. Obiit in sua Sede die 3. Julii anno 1682.

R. A. P. M. Fr. Dionysius Blasco, Aragonus, natus est in Oppido Utrillas, propè Montalbanum anno 1610. vigesimo suæ ætatis anno Carmelitis cooptatus est Césaraugustę, ubi Philosophiam, & Sacram Theologiam docuit. Inter Doctores Césaraugustani Musæi adscriptus est, sed quia tunc temporis vigore cœperat egregii, & incomparabilis Viri Raymundi Lumbier, ejus Condiscipuli fama, cum una Césaraugustana Academia utriusque litterariis progressibus non sufficeret, Prælatorum judicio Dionysius ad Oscensem directus est. In ea igitur Philosophia Magister nuncupatus, illam docere cœpit anno 1647. & uno supra triginta annis publicè Theologiam docuit, ab anno scilicet 1651. ad annum usque 1682. omnibus successivè obtentis Cathedris usque ad Primariam, in qua docendi finem impo- suit, Jubilati honoribus, & privilegiis potitus. Hujus feracissimi ingenii acumen maximè enituit in litteralis concertationibus, in quibus Coalumnos adeo exercuit, & argumentorum vi torsit, ut non semel publici propugnatores coacti fuerint ab eo se se fateri victos, & interdum ab ipso petere solutionem, à quo exceperant argumentum. A Supremo S. Inquis. Senatu ultro Propositionum Fidei Censoris decoratus munere, & ab Illmo. Oscensi Episcopo inter Synodales adscriptus Examinatores, semel & iterum Oscensi præfuit Conventui, & Provinciae præfuis- set, ni vel ejus recusasset modestia, vel Academicæ Professoris munus eum detineret. Obiit Oscæ die 18. Junii anno 1683. Scriptis:

*Hortulus Philosophicus*, sive Synopsis totius Philosophiae Césaraugustæ anno 1668. apud Joann. Ibar in 12.

*Cursus Philosophicus*, juxta Gravissimam D. Ref. Doctrinam tom. 1. apud Joann. Ibar Césaraugustæ anno 1672. in fol.

*Ejusdem* tom. 2. in fol. ibidem anno 1676. Cui egregio operi adnexuit totius Philosophiae Aristotelicæ textualem expositi- onem, his quæ pro Philosophica obtinenda laurea lecturi sunt, utilissimam.

*Theologicae Bachonice* tom. 1. in fol. editus Lugduni anno 1680. continet.

*Præmialia ad Theologiam Scholasticam.*

*Totam Agiographia Doctrinam.*

*Recopilationem Hæresiarcarum , & Hæresum ab exordio mundi usque ad ejus tempora.*

*Tract. de Essentia , & Exist. Visione , & Beatitudine Dei.*

*Textualem Expositionem Mag. Sent.*

*Theologiae Bachonicae , tom. 2. in fol. excussus Antuerpiæ anno 1687. continet.*

*De Deo Uno , & Trino.*

*De Angelis , & Opere sex Dierum.*

*Scriptit insuper Sermon de San Agustin , quem tom. 1. *Jardin de Sermones* in lucem dedit R. P. Præf. Matthæus Maya.*

*Scriptit opus Astronomicum , de quo ipse sèpè memoriam facit in suo tom. 2. Philosophiae , pag. 355. & 357. & alibi.*

*M. S. ejus asservantur in Collegii D. Joseph Cæsaraugustani Bibl. superiori , & sunt sequentia;*

*De Eucharistia.*

*De Matrimonio.*

*De Actibus Humanis.*

*De Peccatis.*

*De Pænitentia.*

*Quæ omnia asservantur scrinio 10. num. 43.*

R. A. P. M. Fr. Josephus Angelus Vidania, Cæsaraugustæ ortus , in ejus Regali Carmelitarum Conventu Religionem ingressus, in eodem solemnis votis constrictus est anno 1643. Absolutis Philosophiae , & Sacræ Theologiæ Studiis , per Lecturæ Cursus Magisterii fastigium ascendit, & in Academia Cæsaraugustana Doctoris Lauream accepit. Diu postmodum ab Illmo. Archi-Præfule inter Synodales Examinateores cooptatus, reluctans Prior extitit Conventus Oscensis , dein Rector Collegii D. Joseph electus est , & aliquando Prioris egit vices in Cæsaraugustano Conventu , in quo finem imposuit vitæ XVI. Kalendas Januarii anno MDCLXXXIX.

R. A. P. M. Fr. Dionysius Petrus Grañen , & Blasco , cœleberrimi Dionysii Blasco ex Sorore Nepos, Cæsaraugustæ in Carmelitarum Conventu Sacrum sumpsit habitum anno 1671. & sequenti sacra se obstrinxit professione. Philosophiam pri-

mmum

num Cæsaraugustæ , dein Bilbili docuit , inde Cæsaraugustam reversus , Sacram Theologiam in Collegio D. Joseph plausibili- ter legit. In ejusdem Civitatis Academia laureatus Doctor , Jac- censis Conventus eligitur Prior ; ubi optimi Præsulis specimen dedit. Paucis tamen mensibus decursis ab incæpto munere ces- fare cogitur morte præventus , die scilicet 23. Septembris an- no 1693.

Illust. ac Rev. D. D. Fr. Ludovicus Pueyo , & Abadia , Cæ- saraugustæ ortus anno 1640. ibidem Carmelitarum indutus ha- bitu anno 1655. recurrente anno Oscæ professus est. In Cæsar- augustano Muñæo cum Magistri in Philosophia , Sacræ Theolo- giae decoratus laurea , primum in eo Philosophiam publicè do- cuit , dein Sacram Theologiam in Cathedra S. Thom. Sacræ Scripturæ , & Vespertina , demum in Primariam translatus , per sex annos in ea munus egit Publici Professoris. Apud S. Inqui- sitionis Tribunal à consultationibus , & inter Synodales Cæsar- augustani Archiepiscopatus Examinatores electus est. Aragonie Provinciam rexit Vicarius Provincialis in capite , & à Catholicis Hispaniarum Rege Carolo II. in Archiepiscopum Sacerensem , in Sardinia , promotus est , & paulò post in Episcopatum Albar- racinensem , in Aragonia , ubi meritissimè præfuit usque ad an- num 1704. quo postremum clausit diem Cæsaraugustæ VI. Ka- lendas Februarii , & in Conventus Carmelitarum ejusdem Urbis Ecclesia jacet ad pedes D. Alberti. Scripsit plura , studii ita te- nacissimus , ut etiam mortis suæ die folium 100. ab Impressori- bus ad correctam transmissum è lecto surgens , correxerit : se- quentia volumina prælo commisit.

*Analogias de Pulpito.* Continet Sermones varios , tum Pane- gyricos , tum Morales. Cæsaraug. apud Joann. Ibar anno 1676. in 4. tom. 1.

*Proporciones Predicables.* Continet Sermones de Maria Santissima , ejusque candidissimo Sponso D. Josepho. Cæsaraugustæ apud Hæredes Didaci Dormer anno 1694. in 4. tom. 2.

*Santo Thomás de Aquino Víctorioso.* Continet Sermones ali- quot S. Thomæ. Cæsaraugustæ apud Hæredes Didaci Dormer anno 1695. in 4. tom. 3.

*Elogios del Angelico Doctor Santo Thomás de Aquino.* Con- tinet

- tinet quamplurimōs conceptus prædicabiles in laudem D. Thomā Cæsaraugstæ: Apud Domin. Gascon anno 1696. in 4. tom. 4.
- *Primera Parte de la Cathedra de Santo Thomás de Aquino.* Cæsaraug. apud eundem anno 1697. in 4. tom. 5.
  - *Segunda Parte de la Cathedra de Santo Thomás de Aquino.* Cæsaraugstæ apud eundem anno 1697. in 4. tom. 6.
  - Cathedra de Santo Thomás de Aquino.* Cæsaraugstæ apud Jacobum Magallón anno 1698. in 4. tom. 7.
  - *Tercera Parte de la Cathedra de Santo Thomás de Aquino.* Cæsaraug. Typis Domin. Gascon 1698. in 4. tom. 8.
  - *Quarta Parte de la Cathedra de Santo Thomás.* Cæsaraug. apud Gasparem Thomam Martinez 1697. in 4. tom. 9.
  - *Crepusculo Matutino del Sol Santo Thomás de Aquino.* Cæsaraugstæ apud Domin. Gascon 1697. in 4. tom. 10.
  - *Cathedra Moral de Santo Thomás de Aquino* 1.part. Cæsaraug. apud Jacobum Magallón in 4. tom. 11.
  - *Cathedra Moral de Santo Thomás de Aquino* 2.part. Cæsaraug. apud Gasparem Thomam Martinez 1699. in 4. tom. 12.
  - *Cathedra Moral de Santo Thomás de Aquino* 3.part. Cæsaraug. apud Jacobum Magallón in 4. tom. 13.
  - *Cathedra Moral de Santo Thomás de Aquino* 4.part. Cæsaraug. apud Jacobum Magallón 1699. in 4. tom. 14.
  - *Cathedra Moral de Santo Thomás de Aquino* 5.part. Cæsaraug. apud Gasparem Thomam Martinez 1699. in 4. tom. 15.
  - *Cathedra Moral de Santo Thomás de Aquino* 6.part. Cæsaraug. apud eundem 1699. in 4. tom. 16.
- Tiempo , y Eternidad , Consejeros fieles del Hombre.* Cæsaraug. apud Dominicum Gascon 1700. in 4.
- His omnibus tomis *Cathedra de Santo Thomás* nuncupatis lepide, ingeniosè, subtiliter, & efficaciter, prædicat ad mores, defendendo probabiliores S. Thomæ opinione.
- Scripsit insuper in Episcopatu : *El Hombre es la mejor , y peor Criatura, que hay fuera de la Omnipotencia.* Cæsaraugstæ: apud Gasparem Thomam Martinez, & Didacum Larumbe 1706. in in fol. cui operi finem imponere haud valuit præventus morte, cui finem imposuit ejus Germanus Frater de quo infra.

R. A. P. M. Fr. Thomas Pueyo , & Abadia, Germanus Fra-  
ter

ter Illust. D. D. Lñdovici, Cæsaraugustæ ortus, inter Carmelitanos Sodales ibidem cooptatus est die 15. Augusti anno 1658. & in eodem professionem emisit die 9. Martii 1660. Peractis Philosophiæ, & Theologiæ Studiis in Cæsaraugustana, & Seruatoriana Academia Theologiæ Laurea decoratus est. In hac tūm Philosophiæ, tūm Theologiæ Cathedras plausibiliter moderatus est, S. Inquisitionis Judicibus à Consiliis. Cæsaraugustanum Conventum mira prudentia, & zelo rexit, ac demum totius Provinciae regimen Prior Provincialis accepit. Obiit Cæsaraugustæ die 28. Martii anno 1712. Scripsit, seu potius confecit.

*El Hombre es la mejor, y peor Criatura, que hay fuera de la Omnipotencia, quod opus à capite 18. 1. part. ad finem usque 2. partis prosequutus est. Et cap. 25. refert mortem, merita, & studia sui Illmi. Fratris eloquenti calamo.*

R. A. P. M. Fr. Emmanuel Gaxet, Cæsaraugustæ ortus, ibidem Carmelitis adscitus die quinta mensis Maii anno 1659. In ejusdem Urbis Conventu solemnibus votis adstrictus fuit die vigesimo septimo Decembribus recurrente anno. Philosophiæ, & Sacrae Theologiæ expleto Lectoris munere, Magister de justitia nuncupatus est, & in Cæsaraugustano Athenæo Doctoris Lauream adeptus est. Postremum clausit diem Cæsaraugustæ Idibus Julii anno MDCCVII.

R. A. P. M. Fr. Antonius Boneta, Cæsaraugustanus, Parentibus Antonio, & Encratide Laplana ortus est anno 1654. Carmelitis in patria adscriptus die 15. Novembris anno 1666. ætatis decimo tertio nondum expleto. Pomplilone die decima nona Januarii anno 1670. quo studii causa missus fuerat, professionem solemniter emisit. Studiis foeliciter expletis, & Lecturae munere laudabiliter peracto. Magister de justitia nuncupatus est, & in Cæsaraugustano Musæo Theologiae Lauream accepit. Variis intra ordinem præfecturis condecoratus, in Cæsaraugustano Conventu Novitiis præficitur Magister, ut egregias, quibus locupletabatur virtutes, Alumni speculantes, perfecti formarentur Religiosi. Quo munere se ipsum, juxta Apostolum, præbens exemplum bonorum operum, in doctrina fana, in integritate, in oratione, in propria corporis maceratione, mirum est, quantum pro Deo, & Religione laboraverit. Obiit

Cæsaraugustæ VIII. Kalendas Octobris anno MDCCX. ætatis vero suæ LVI.

R. A. P. M. Fr. Jacobus Carreras, Cæsaraugustanus, in patria Carmelitarum Sodalibus adscriptus die . . . mensis . . . anno . . . peracto probationis anno ibidem professus est die . . . mensis . . . Studiis Philosophiæ, & Sacrae Theologiæ peractis, per Lectoratus gradus Magisterii culmen ascendit. In Universitate Cæsaraugustana Sacrae Theologiæ redimitus lauro, eodem in Sertoriana perfunctus est honore, & in ea Theologiæ Cathedras pluribus annis moderatus est. Apud S. Fidei Tribunal Qualificatoris decoratus titulo, Oscensem Conventum rexit. Studiis addictissimus, haud exiguum diei partem, etiam gravatus ætate, Scholasticæ Theologiæ studio impendebat. Obiit Cæsaraugustæ die 9. Aprilis anno 1722.

R. A. P. M. Fr. Petrus Mombiela, Cæsaraugustanus, in patria Carmelitis adscriptus, ibidem professionem solemniter emisit die . . . mensis . . . anno 16 . . . Peractis Philosophiæ, & Sacrae Theologiæ studiis, per Lecturæ gradus in Magisterii fastigium ascendit. In Cæsaraugustano Minervæo Sacrae Theologiæ decoratur Laurea, Collegii D. Joseph Rector institutus est. Ex Hispania profectus, Neapoli in Conventu S. Theresiæ postremum clausit diem anno 1722.

R. A. P. M. Fr. Petrus Lopez de Otalora, Cæsaraugustanus, in patria Carmelitarum sumpsit habitum die 21. Martii, anno 1605. & sequenti canonice professus est. Peractis laudabiliter Philosophiæ, & Sacre Theologiæ Lectoratus Cursibus, Magister juxta Ordinis statuta nuncupatus, ipsius Sacrae Facultatis in Cæsaraugustano Musæo Doctoris Laurea decoratus est. Obiit Cæsaraugustæ trigesimo quinto ætatis anno, quo, ob eximiam ipsius prudentiam, Juvenisque, commendatam sapientiam, illius Urbis moderabatur Carmelum.

R. A. P. M. Fr. Paulus Maurin, Cæsaraugustæ ortus, & ibidem Carmelitarum Sodalibus adscriptus, professionem emisit die . . . mensis . . . anni . . . Philosophiâ, atque Theologiâ apprime instructus, utramque apud suos summo plausu edocuit. In Cæsaraugustano Musæo Sacrae Theologiæ Doctoris Laurea insignitus, in eo Sacram Paginam interpretatus est, inde

in Vespertinam Cathedram eo; quanto Ordinis honore, & jubilo totius Populi, ipsius admirantis concertationem, assumpsit est. Sed Proh dolor! Versa est in Iuctum Cythara nostra, cum tantum Virum præmatura arripuit mors. Obiit namque 55. ætatis suæ anno die 11. Martii, reparata vero salutis 1724. in suo Cæsaraugustano Conventu, quem Prior mira prudentia per triennium rexit.

R. A. P. M. Fr. Michael Angelus Novales, Cæsaraugustæ ortus, in patria Carmelitarum Ordini nomen dedit, & ibidem professionem emisit die .... mensis .... anno .... Peractis Philosophiæ, & Sacré Theologiæ Studiis, in Cæsaraugustano Muſeo inter Theologiæ Doctores adscriptus est. Cæsaraugustani Conventus Prioris partes egit, & totius Provinciæ Vicarius Provincialis in capite, eam prudentia, zelo, & Religione rexit. Demum Romę, cum Secretarii, & Assistentis Generalis pro Hispaniarum Regnis honore fungeretur, in Conventu Sancte Marie Transportinæ mortuus est die 30. Octobris anno 1735.

R. A. P. M. Fr. Raymundus Sos, Navarrus, patria Sangosfanus, in ejusdem Civitatis Conventu inter Carmelitas cooptatus anno 16.... Decursis Philosophiæ, & Sacré Theologiæ Studiis, utriusqne Facultatis Lectoris munus egit. In Cæsaraugustano Muſeo Doctoris Sacré Theologiæ, & Magistri in Philosophia decoratus titulo, primum in ea Philosophiam, deinde Sacram Theologiam in Scoti Cathedra docuit. Conventum Sangosfanum, & D. Josephi Collegium moderatus est. Scripsit:

*Sermones varios, reperiuntur in Oratoria Carmelitana, quam ipse in lucem dedit Cæsaraugustæ apud Dominicum Gascon, anno 1684.*

*Sermon de las Exequias del RR. P. M. Fr. Raymundo Lumbier, qui ad calcem ejus vitæ repositus est.*

Aliud Opus Morale reliquit apud Nepotem suum D. D. Firminum Lubian, S. Ecclesiæ Pompilonensis Priorem. Utinam lucem publicam videat!

R. A. P. M. Fr. Michael Xerico, Cæsaraugustæ ortus, in ejusdem Civitatis Carmelitarum Conventu Sacré Militiæ nomen dedit, & in Pompilonensi professus est die 4. Junii anno 1666. ut Organicus psaltes Choro deserviret, sed cum ejus prexcel-  
lens

lens ingenium superiores haud lateret, studiis Philosophiae, & Sacre Theologie eorum jussu operam navans, sapienter evasit litteris Theologicis, quam Musicis notis: quapropter Lectoris munere expleto, Magister de justitia nuncupatus est, & in Universitate Cesaraugustana Theologiae Lauream accepit. Divini Verbi egregius Ecclesiastes, & pro Illmo. Hispaniarum Nuntio Synodalis Examinator, scripsit:

*Sermon Funebre, en las Exequias, que la Ciudad de Tudela hizo à Carlos II. Cesaraug. apud Franciscum Revilla anno 1701.*

*Sermones varios, qui in Oratoria Carmelitana in lucem prodidere Cesaraug. apud Dominicum Gascon 1684.*

+ R. A. P. M. Fr. Josephus Angelus Rosell, Cesarangustanus, Carmelitarum Sodalibus in patria adscitus, ibidem professionem solemniter emisit die .... mensis .... anno 16.... Post Philosophia, & Sacre Theologie Lecturam, in Cesaraugustano Museo Theologie Lauream accepit. Tubalensis Conventus primum renuntiatus Prior, Cesaraugustanum postmodum Carmelum rexit, variisque in Provincia perfunctus officiis, demum Prior Provincialis electus est, quo munere summa cum laude feliciter expleto, Cesarauguste denatus est anno 17.... Scripsit:

*Sermon en acción de gracias, por las Victorias, que consiguió el Católico Imperio contra las Armas Othomanas el año 1683. excusus Cesarauguste, apud Dominicum Gascon in Oratoria Carmelitana.*

+ R. A. P. M. Fr. Matthaeus Salaberria de Maya, Cesaraugustanus, in patria Carmelitis adscriptus, ibidem professus est die .... mensis .... anno .... Philosophia, atque Sacra Theologia instructus, & utriusque Facultatis Lector institutus, Magister de justitia nuncupatus est. In Cesaraugustano Lyceo Theologiae Lauream decoratus, postquam bis Cesaraugustanum Carmelum rexit, in totius Provinciae regimen Prior Provincialis electus est: quo munere laudabiliter expleto, postremum clausit diem Cesaraugusta anno .... Ejus opera, & studio in lucem prodidere:

*Jardin de Sermones tom. 1. Cesaraug. apud Augustinum Verges, anno 1626. in 4.*

*De eisdem, tom. 2. apud eundem in 4.*

*Idea de Discursos Predicables*, Cæsaraug. apud eundem, anno  
1672. in 4.

R. A. P. M. Fr. Josephus Angelus Cebrian, Aragonus, in Oppido vulgo *Santa Cruz* ortus, in Carmelitarum Conventu Sacrum sumpsit habitum die 14. mensis Novembris anno 1667. & in eodem solemniter professus est anno . . . . die . . . . Philosophia, ac Sacrae Theologiae studiis peractis, utriusque Facultatis Lector, illam apud Domesticos plausibiliter docuit. In Cæsar-augustano Musæo Laureatus Doctor, diu inter illius Doctores Decanus vixit. S. Inquisitionis Senatus Patrum à Consultationibus, Conventus Pompilonensem, & Cæsaraugustanum, necnon & Collegium D. Joseph ejusdem Urbis mira prudentia gubernavit. Obiit Cæsaraugusta die 11. Augusti anno 1735. Scripsit:

*Sermones varios*, quos in diversis festivitatibus prædicavit, quos in *Oratoria Carmelitana* in lucem dedit R. P. Lector Raymundus Sos Cæsaraug. Typis Dominici Gascon anno 1684.

*Quaresma*, tom. 1. M. S.

*De eadem*, tom. 2. M. S.

*Sermones varios*, tom. 1. M. S.

*De eiusdem*, tom. 2. M. S.

*De eiusdem*, tom. 3. M. S.

*De eiusdem*, tom. 4. M. S.

Quæ M. S. asservantur in Bibliotheca Conventus Cæsaraugustani.

R. A. P. M. Fr. Michael Irigoyen, Navarrus, in Oppido *Irurita*, Diocesis Pompilonensis natus est, & Pompilone inter Carmelitarum Sodales adscriptus die 24. Octobris anno 1683. Cæsaraugusta peracto probationis anno professus est die 27. ejusdem mensis. *Philosophia*, atque *Sacra Theologia* in sæculo apprimè instructus, paulo post professionem, *Philosophia* Lectura indulta, *Sacrae Theologiae* Lector institutus est. In Cæsaraugustano Lyceo *Sacrae Theologiae* redimitus lauro, ad suos reversus, Pompilonensis Conventus Prioris partes egit, & in eodem denatus est anno 1702. mense Februarii.

R. A. P. M. Fr. Josephus Maya, Cæsaraugustanus, in ejusdem Civitatis Carmelitarum Ordinem ingressus die . . . . mensis . . . . anno 169 . . . . & in eodem professus die . . . . mensis . . . . anno

anno 169 . . . Postquam Philosophiam , & Sacram Theologiam apprimè didicit , Philosophiae institutus Lector , eam non docuit , sed Theologiæ studiis applicitus , cursus pro Magisterio confecit. In Cæsaraugustano Licæo Sacrae Theologiæ decoratus laurea , in Comitiis Provincialibus coram RR. Patre Ordinis Theologiæ propugnavit conclusiones , sui ingenii specimen manifestans. Prior extitit Cæsaraugustani Conventus , & Collegii D. Joseph ejusdem Urbis Rector , pluriesque Provinciae Diffinitoris potitus munere , tandem totius Provinciae Præsul electus est. Obiit Cæsaraugustæ secundo Idus Julii anno MDCCXLV.

Illst. ac Rev. D. D. Fr. Jacobus Pinaque , patria Cæsaraugustanus , ibidem Carmelitico adscriptus Ordini die . . . mensis . . . anno . . . Peractis Philosophiæ , & Sacrae Theologiæ studiis , utriusque Facultatis Lector instituitur , quo munere plausibiliter expleto , & in Cæsaraugustana Academia Laurea Doctoris obtenta , in ea Sacram Paginam interpretatus est. S. C. M. Concionatoris munere decoratus , & S. Inquisitionis Propositionum Fidei Censoris insignitus honore , Episcopus Cajetanus creatus est. Obiit Cajeta die 4. Aprilis anno 1737. Scripsit:

*Lapidem lydium ad Supremum Navarræ Senatum. Excussum Cæsaraugustæ apud Franciscum Revilla, anno 1702.*

*Oracion Panegyrica de la Virgen del Pilar. Barcinone Typis Jacobi Siura anno 1709.*

*Oracion Panegyrica de Santo Thomâs de Aquino. Barcinone apud Bartholomæum Giralt anno 1710.*

Innumeros reliquit Sermones M.S. feracissimi ingenii sui partus , quibus nedum Domestici , sed & Extranei locupletati , usque modo plurimorum ore prædicat Pinaque , sed mortuus , qui namque scripta comparavere , illius dicendi gratiam haud facile comparare possunt.

R. A. P. M. Fr. Josephus Albertus del Rio , Cæsaraugustanus , ibidem Carmelitarum Sodalibus adscitus , professionem emisit in Conventu Pompilonensi , quo studiorum causa , Novitius missas fuerat. Philosophia , atque Sacra Theologia apprimè instructus , utriusque Facultatis in Academia Cæsaraugustana insignitus Laurea , in ea Philosophiam publicè Cathedraticus edocuit , ingenii sui specimen manifestans. Valentia in Ca-

p̄tulo Provinciali R. A. P. Provincialis à Secretis ; & Socius electus , postmodum Collegii S. Joseph Cæsaraugustani renuntiatus est Rector. Ad Insulas Balearias missus , Visitatoris munus exactissimè satisfecit. Inde Cæsaraugustam reversus , Neapolim remeavit , ubi in Conventu S. Theresia Hispanorum postremum clausit diem anno 1757.

Illust. ac Rev. D. D. Fr. Philippus Iturbide , Navarrus , inter Carmelitarum Sodales tribus adstrictus votis solemnibus , decursis Philosophiæ , & Sacrae Theologiæ curriculis , Studentibus Conventus Cæsaraugustani præficitur Magister , quo tempore , Sacrae Theologiæ Lauream in Cæsaraugustana Universitate adeptus est , in qua de Consilio Claustrī illius Sacrae Facultatis Cathedram aliquando rexit. Romam profectus , & in ejus Sapientia Cathedratiei honore decoratus , maximum sibi apud SS. D. Benedictum XIII. P. O. M. nomen comparavit , & amorem , quapropter ab eodem SS. D. primum Prælatus Domesticus , & Pontificio Solio Assistens , dein Episcopus Venusinus , atque Decanus Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariae Tubalensis , in Regno Navarræ , ubi natus fuerat , postremo Archiepiscopus Ragusinus creatus est. Obiit Neapoli anno 1741. & apud suos Carmelitas Hispanos in Conventu S. Therefia requiescit. Scripsit:

*Epistola Pastoralis* , quam Romæ excludit apud Joannem Maria Salvioni Typographum Vaticanum anno 1726.

R. P. Præf. Fr. Franciscus Casalbòn , Cæsaraugustæ ortus , in eadem Civitate Carmelitarum indutus habitu , ibidem solemniter professionem emisit. Peractis de more Philosophiæ , & Theologiæ Cursibus , & Magister Studentium formatus , in Cæsaraugustano Liceo Doctoris Lauream accepit. Sangossani , & Sadabensis Conventus Prioris condecoratus munere , Cæsaraugustani Conventus Novitiorum Magister electus est , & in eo ultimum vitæ clausit diem VI. Idus Augusti anno MDCCL.

R. A. P. M. Fr. Vincentius Ibero , Sadabæ ortus , & Carmeliticis adscriptus , professionem Cæsaraugustæ emisit. Peractis Philosophiæ , & Sacrae Theologiæ Studiis , studentibus præficitur Magister in Conventu Pompilonensi. In Cæsaraugustana Academia Sacrae Theologiæ Laurea decoratus , & à Rmo. Patre Ordinis Magisterii titulo insignitus , Illust. Hispaniarum Nun-

tii Theologi , & Regii Concionatoris honore decoratus , obiit  
Sadabæ anno 174. . . . Scripsit:

*Libellum supplicem ad Catholicum Regem Ferdinandum pro Immaculatae Virginis Conceptionis definitione promovenda excussum Matriti.*

R.P. Leet. Fr. Emmanuel Canteria, patria Cœsaraugustanus, in ea Carmelitarum induitus habitu , ibidem professus est. Peracto in Tubelensi Conventu triennali Philosophiae Cursu, & in Collegio D. Joseph Cœsaraugustano quadriennali Theologico, utriusque Facultatis Lauream in Cœsaraugustana Academia cum Magistri in Philosophia , & Doctoris in Theologia titulo adeptus est. Philosophiam in ea per triennium publicè docuit , Cathedratici condecoratus honore , quam rursus per triennum aliud docuisset , nisi immediate post ejusdem Cathedræ confirmationem , vitam morte commutasset die 24. mensis Augusti anno 1741.

R. A. P. M. Fr. Franciscus Nuñez, Cœsaraugustæ ortus, ibidem Sacro Carmelitarum induitus habitu , & tribus solemnibus adstrictus , votis , Bilbili Philosophia , & in Collegio D. Joseph Sacra Theologia instructus, in Cœsaraugustana Academia Theologia Lauream accepit. Magisterii Gradum juxta Ordinis statuta nactus , & apud S. Inquisitionis Tribunal Propositionum Fidei Censoris honore decoratus , R. A. P. Provincialis à secretis in Capitulo Valentia celebrato electus est, quo munere duobus expleto annis , in Cœsaraugustani Conventus Priorem institutus anno 1757. sequenti in eodem confirmatur munere , quod usque modo prudentia , zelo , & Religione regit, Vicarii Provincialis pro Aragonia , & Navarræ Regnis auctoritate fungens, ad majora pro meritis sublimandus.

R. A. P. M. Fr. Ludovicus Bellido , Navarrus , in Villa vulgo de Cortes , Dioecesis Cœsaraugustanae ortus , in Regali Cœsaraugustæ Carmelo Sacrae Religioni nomen dedit , & in eodem professus est. Peractis de more tūm Philosophiæ , tūm Theologiæ Auditoris Cursibus , Theologiam in D. Joseph Collegio docuit. In Cœsaraugustano Musæo Doctoris Laurea redimitus , & S. Inquisitionis Qualificatoris honore decoratus, Prior extitit Conventus Jaccensis , Bilbilitani , & D. Joseph Collegii Rec-

Rector, vivit adhuc majoribus præmiis pro meritis dignus.

R. A. P. M. Fr. Franciscus Salas, patria Cæsaraugustanus, in ea Carmelitarum sumpsit habitum, & ibidem professionem emisit. Philosophia Pomplone instructus, Theologiæ in Collegio D. Joseph operam dedit. In Universitate Cæsaraugustana Theologiæ Lauream adeptus, in ea, de ejusdem Claustrī consilio tractatum Theologicum legit anno 1749. In Religione post Lectoris, tūm Philosophiæ, tūm Theologiæ honorem, Socii pro Capitulo Generali decoratus munere, in eo Cesenæ celebrato publicas defendit Sacrae Theologiæ Conclusiones. Capitulo Provinciali Cæsaraugustæ celebrato anno 1758. Rector Collegii D. Joseph Cæsaraugustani instituitur, quod modo regit, ad majora pro meritis evehendus.

R. P. Lector Fr. Onuphrius Affo, Cæsaraugustanus, Sacrum Carmelitarum sumpsit habitum in ejusdem Civitatis Conventu, & in Tobelensi professionem emisit. Post Philosophiæ, & Theologiæ studia, in Cæsaraugustano Musæo Theologiæ Lauream accepit die 25. mensis Junii anno 1752. Philosophiæ institutus Lector, eam modo publicè docet in Universitate Cæsaraugustana, Scoti Cathedram substituens.

# FINIS.

**IMPRIMATUR.**

---

*Isla, Vic. Gen.*

**IMPRIMATUR.**

---

*Santayana.*

1758.7

